Quelle: https://manuscripta.at/?ID=916
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

Passio · sancti Mercurij ·

Contigit a barbaris obsessa bello romanos fines igne ferroq; vastari. Quo auditto decii disposuerunt iungi regias cohortes. quatinus contra hostes ire properarent. dantes iussa. ut de singulis centuriis equites eiusdem numeri illuc euenirent. Fecimq; et ita. In hoc belli apparatu affuit etiam idem numerus armatorum qui cognominabatur martius. qui primus in armenta degebat sub tribuno et comite nomine saturno. Egrediente autem decio augusto ad prelium. alter tome remansit ad tuenda regni gubnacula. Cumq; ventum esset ad locum certaminis. expositis utrimq; in campo iuxta morem copiis pugnam commiserunt. Mox anceps se subtrahens uterq; iussit exercitus ab alterutro recedere. Obsistens autem seorsum romane acies protolabatur fortune potioris euentum. Cum repente quidam eminenti forma pregrandis hastam tenens. et inquit ad eum. Mercuri. noli ambigere. neq; formides. missus enim sum confortare te et adiuuare. uictoremq; coram his omnibus facere. Igitur accipe hanc lanceam. aggredere barbaros. uictoremq; existens. ne obliuiscaris dominum deum tuum. Dumq; taliter alloqueretur ille ingenti admiratione stupefactus existimans quem

A erequitibus marcy · mercury ·
Mercuri nomine mte myrta conspicet agmina · ecce adest sple didissimus ipse